
2226.


GRON
ACC
488










M. Tuscher fecit


BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

DE ACCENTIBVS EBRAICIS LIBELLVS,

ISAHACO GRONBECCIO
Auctore.



LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciſcum Raphelengium.
cIɔ. Iɔ. XCIII.

REVERENDO ATQVE AMPLISSIMO COLLEGIO CANONICORUM ECCLESIAE
cathedralis Lundensis in Scandiâ,

ISAHAC GRONBECCIUS, S.



Cur é tantâ præceptionum Grammaticarum de Lingvâ Ebrææâ discendâ varietate, P. Martinii Grammaticam tyronibus maximé commẽdari velim ac optem: vident facilé eruditi: qvi cujusmodi artium præcepta esse, qvóq. ordine tradi debeant, soli vident.

Reddidit enim primus artem ſtudioſis, túm præceptis brevẽ, túm methodo cúm primis facilem. In ſolâ accentuum doctrinâ parcior, (abſit ut negligentem dicã) juſto fuit. atqve in Etymologiâ magis: ubi ſuperficie tenus generalia leviter attingit. Sed attingit tãtúm; nõ penetrat. cujus facti rationem ut hîc inqviram, ratio nulla me movet. Unum palám eſt: á plæriſqve recentiorum in eo qvoqve peccatum hactenus; qvorum plurimi accentuum artificium ceu otioſum, extra agrum Grammaticum eliminandum putarunt: pauciſſimi, Grammaticæ partem ſuſpicãtes, in poſtremas librorum ſuorum pagellas, quo jure neſcio,

rejiciendum censuerũt. Certé, illi negligentiâ, isti intempestivâ diligentiâ, utriq. erroris movendi, delinqvunt. Nã, ut Prosodia Ebraica, ob evidens & summum, qvod ad sacrarum litterarum interpretationem emolumentum adfert, omitti nec potest, nec debet; ita nisi suo doceatur loco: obscuram reddideris: & remoram discentibus importuné injeceris.

Huic incommodo, ut pro tenui meâ ac virili parte obviã irẽ; integram accentuũ doctrinã breviter repetendam censui: idq. methodo plané eadem, qva suam Martinius cõscribendã recté putavit Grammaticam. cujus qvasi cõplementum libellus iste erit, iis qvi de lit-

teris Ebraicis Martiniũ bené me-
reri voluiſſe nõ ingratis agnoſcẽt.
Nec minus uſum havt contẽnen-
dum præſtabit aliis : qvibus ſerió
Ebraicari volupé fuerit: cujus cu-
jus auctoris pręceptis imbuendos
ſeſe tradiderint, avt ſucceſſu tẽpo-
ris tradituri ſunt. Neceſſaria tan-
tũ, puta qvæ negligi citra ſtudio-
rum jacturam non poterant, & de
quib. minima dubitandi anſa, hîc
tradere animus fuit. Accentuum
voces Muſicas, & conſeqvias tám
incertas qvám ocioſas conſultó
præterii. neq. enim diſcentes præ-
ceptorũ ad ſtudii Theologici non
comparatorum colluvie, temeré
exercendos judicavi.

Vobis veró Reverendi atque

 amplis-

amplissimi viri, hoc qvidqvid est opellæ nostrę litterariæ, lubēs meritoqve offero ac dedico: ut pro recenti apud vos impetrato beneficio, gratum vel hâc ratione collegio vestro fuisse me, ac futurum deinceps declarem. Vos, qvæ vestra est erga sacra hæc exercitia pietas, voluntatem nostram æqvi boniq́ue facientes, candidé probate: & hoc nostri erga vos studii testimonium faventes accipite.

Lugduno Batavorum, Mense Aprili, Anno 1593.

R. Abhen Ezra.

כל פירוש שאינו על דרך הטעמים לא תאבה לו ולא תשמע אליו כי בעל הטעמים ידע הפירוש יותר ממנו:

R. Salomo.

טעם המקרא יוכיח בהיותו רחוק בפירושיו:

R. Calonymus.

כי הטעמים הנה הם הכרחיים להבנת הכתובים לקוראים: כאלו היו מדברים פנים בפנים:

Elias Levit. Ger.

ודע כשם שאין הברה בלי נקוד כן אין קול בלי טעם:

Idem.

שמו הטעמים לפי בחירתם ואין לשאול למה שמו לפעמים זרקא ולפעמים הפזר או הרביע ודומיהן כי דעתם רחבה מדעתינו ואין אתנו יודע מה:

CAPUT I.

Numerus, nomen, figura & differentia accentuum.



T accentuum Ebraicorum doctrinam, tám brevem & succinctam quám facilem ac expeditam adolescentibus φιλεβραίοις traderemus: á generalibus ad specialia, naturâ ipsâ ac ratione viam præeuntibus, necessarió progrediendum duximus.

Generalia accentuum voco, quæ toti arti Grammaticæ communia sunt. Specialia, quæ singulis partibus, partiúmq. vocibus propria.

Generalem itaque accentuum doctrinam, quæ numero, nomine, figurâ & generali usu continetur, quod attinet: duplicis accentus hoc loco á nobis mentionem fieri moneantur adolescentes. alterum naturalem vocamus, accessorium alterum.

Naturalis est, qui necessarió singulis vo-

cibus ſimplicibus, avt conjunctis ſimplicium loco poſitis, adhæret. Etſi avtẽ unus aut alter vocibus ſcripturæ adficiendis ſatis eſſe potuiſſet: nihilo tamen minus, partim ad ornatum orationis, partim ad modulationem muſicam Ebræis familiarem, fœcundior accentuum numerus adinventus fuit: qvem nonnulli latius extendendum, alii in breviorem ſummã contrahendum putarunt. nos eum qvi vulgó notari ſolet, ne á priſcâ conſvetudine recedere velle videamur ſervantes, triginta numeramus: qvorum docendi cauſſâ alios qvidem ſupernates facimus, alios veró infernates.

Supernates ſunt, qvi ſupra litteram ſcripti, vertici ejuſdem incumbunt: ſuntqve qvattuordecim.

זַרְקָא	פַּשְׁטָא
זָקֵף קָטוֹן	פָּזֵר
זָקֵף גָּדוֹל	קַדְמָא
גֶּרֶשׁ	תַּרְסָא תְּלִישָׁא קְטַנָּא
גֵּרְשַׁיִם	שַׁלְשֶׁלֶת
תְּלִישָׁא	קַרְנֵי פָרָה
רְבִיעַ	סֶגּוֹל

Ex his

Ex *his initialis est* telischá: *finales* zarcá, seghól, tarsá & paschtá. *mediani reliqvi omnes.*

Anomalia.

I. *Non raró finales primæ vel mediæ imprimuntur: maximé veró in vocibus pænacutis: (ubi sæpé numero bis scribi contingit:) & ad earundem imitationem passím in aliis. Gen.* 23. 4. קֶבֶר & 19. 4. טֶרֶם & 37. 34. וַיָּקֻמוּ. *Levit.* 14. 21. מַשֶּׂגֶת.

II. *Raró* telischá *mediæ litteræ insidet.* 2. *Sam.* 13. 14. וַיִּעַץ.

III. *Mediani omnes in vocibus monosyllabis & dissyllabis pænacutis primani esse possunt, ob syllabarum paucitatem. Esa.* 20. 2. לֵךְ & 18. 5. פֹּרֵחַ *Num.* 2. 16. אֶלֶף &c.

IV. Géresch *veró rarissimé fini adplicatur.* 1. *Reg.* 8. 36. וְסָלַחְתָּ.

Infernates vocamus, qvi infra dictionem scribuntur: ac sedecim numerantur.

מַהְפַּךְ סִלּוּק

מֵירְכָא פְשׁוּטָא אַתְנָח

מֵירְכָא כְפוּלָה טִפְחָא

מְכַרְבֵל יָתִיב

עִלּוּי דַּרְגָּא

מָאיְלָא *quib. adde* מוּנַח

א׳ { לְגַרְמֵהּ *&* / פְּסִיק } יֶרַח בֶּן־יוֹמוֹ

Inter hos initialem notat jethíbh : *quo nomine etiam á* mahpách, *qui medianus est discernitur: & in libris* אמת tiphchá.

Anomalia.

Etiam hic in monosyllabis & dissyllabis paroxytonis, qvi aliás mediastinus erit, primum sortiri potest locũ: sæpé etiam ultimum: in vocibus præsertim, quæ puro ־, *quod litteram quiescentem vi latente continet, terminantur.* 1. *Reg.* 8. 38. עַמְּךָ & 39. וְסָלַחְתָּ. *Jbid.* וְנָתַתָּ & 57. בְּהוֹצִאֲךָ.

II. Munách *nonnumqvam &* mahpách *supernates sunt : ut plurimum ante* rebhía, zacéph catón & pazér. *Psalm.* 1. 4.

יהן

בְּעִתּוֹ יִתֵּן *&* 58. 3. תִּפְעֲלוּן בָּאָרֶץ *& cet.*
III. *Invenimus &* jérach ben-jomó *ſupernatibus accenſeri. 2. Sam.* 19. 19. וַיֵּצֵא: *quem alii* Carné phará *túm adpellandum cenſent.*

Differentia qvorundam accentuum ſimilium.

Una ſæpé plurium eſt accentuum figura: qvi ſi recté diſtinguantur : dubii nihil parituros ſpondeo.

I. Munách, mecharbél, illúj *hâc lege diſcernito.* Munách τῷ zacéph catón *in primâ antecedentis dictionis ſyllabâ præpoſitus,* mecharbél : *in ſecundâ* illúj *adpellatur. Vocatur etiam* illúj *ante* athnách *vel* zarcá *poſitus. 2. Reg.* 22. 7. יֵחָשֵׁב אִתָּם. *Exod.* 33. 10. פֶּתַח אֹהֶל. *Jerem.* 36. 32. בָּרוּךְ בֶּן־נֵרִיָּהוּ, illuj *eſt. Contrá 2. Paralip.* 36. 9. וַעֲשֶׂרֶת יָמִים, mecharbél *fuerit.*

Si geminatus munách *ante* zacéph *fuerit, prior* mecharbél, *poſterior* illúj *vocabitur. Gen.* 15. 4. אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ.

II. Peſíc

II. Peſíc & legharmé *hanc habent differentiam.* Legharmé *dicitur poſitus inter geminum* munách, *ſeqvente* rebhía, *nonnumqvã etiam* cadmá, paſchtá & pazér: *ſed ſine* athnách. *Ijob* 1. 16. עוֹד׀ זֶה מְדַבֵּר. *Sed initio ſententiæ,* rebhía *ſolus, abſqve* munách, *ſequitur. Gen.* 3. 15. וְאֵיבָה׀ אָשִׁית. Peſíc *veró adpellatur nullo antecedẽte* munách. *perindé enim eſt inter qvos collocetur accentus. Pſalm.* 37. 27. אֹהֵב׀ מִשְׁפָּט & 27. 4. אַחַת׀ שָׁאַלְתִּי.

III. Meajlá *á* tiphchá *differt.* Meajlá *enim eſt ſi ſeqvatur accentum* merchá, *in eâdem dictione: qvod octo locis fieri notavit Elias ex Maſorithis. extra hunc caſum ſemper* tiphchá *erit.*

CAPVT II.

Accentus naturalis uſus & officium generale.

ACCENTUS *naturalis adpellatio, figura & differentia ejuſmodi fuit.*

Officium

Officium veró generale duplex ſtatuitur; proprium & accidentarium.

Propriũ conſiſtit in elevatione ſive productione ſyllabæ cuj adhæret. brevis enim ſonum protrahit; longam veró ſeipſâ longiorem quodammodo reddit. Num. 13. 3. אֶרֶץ & 24. אֶחָד érets, echádh.

Acuit autem vel ultimam vel pænultimam. nam extra hanc non evagatur. ac qvia in monoſyllabis res per ſe plana eſt: duabus regulis totum de analogâ accentus in polyſyllabis ſede negotium expediemus.

Regula ultimæ hæc eſto. Polyſyllaba vox, ultimâ exiſtente longâ naturâ vel poteſtate, accentum gerit in eâdé. *Gen.* 1. 1. בָּרָא אֱלֹהִים bará elohím. *Gen.* 17.4. גּוֹיִם *pro* גּוֹיִם *Eſa.* 33.24. נְשֻׂא *pro* נְשׂוּא &c.

Anomalia generalis.

Adfulciendam pænultimã ante daghéſch *vel* ſchevá *mutum, accentus ſæpé-numero ab ultimâ recedit: ita tamen ut pænultimæ ſono quantitatiqve nihil decedat:* Schevá *veró*

ſeqvens

ſequens nihilo minus muteſcat. Pſal. 42. 10. לָמָּה. *Am.* 5. 8. לַיְלָה *Ijob* 27. 4. מְדַבֵּרְנָה.

Hâc vero lege pænultima adſtringatur. Polyſyllaba vox ultimam habens brevem, accentum locat in pænultimâ, ſi non longâ, at ſaltem ultimæ æqvali. *Exod.* 2. 6. נַעַר náar. *Levit.* 11. 32. בֶּגֶד béghedh. *Devt.* 22. 8. בַּיִת bájith *&c.*

Conſectarium ex utrâque regulâ.

His præmiſſis dextréque intellectis, nemini obſcurum eſſe poteſt, nunqvam binos accentus, unam eandemqve vocem adficere ſimul poſſe: multó minus unam eandémqve ſyllabam.

1. *Si itaqve ſecus accidat; ut nimirum dictio plùribus oneretur accentibus; túm unum qvidem pronunciationi: reliqvos muſicæ inſervire ſtatuendum eſt. regulæ veró à nobis traditæ, qviſnam eorum ſyllabæ acuendæ præfici debeat, nullo negotio oſtendunt. Hujus rei exempla habe, Joſ.* 22. 10. מִזְבֵּחַ 1. Reg. 7. 20. מֵאתַיִם. *hic* paſchtá *prior pænultimas ultimâ brevi exiſtente acuit; poſterior modulationi*

tioni præest. Sic Levit. 14.21. מַשֶּׂגֶת, *prior* seghól *pænultimam adtollit.* 1. *Par.* 28. 11. בָּתָּיו, *ultimam longam* géresch *incumbens adficit :* cadiná *veró ultimæ musicam moderatur.*

E *duobus veró in unâ syllabâ collocatis: etsi difficile videatur, uter syllabam acuat, definire; havt tamen dubium esse potest, valentiorem pronunciationi, reliqvum cantui præfectum iri. Sed qvinam accentus ceteris præpolleant, suo loco postea docebitur. nunc tantum intueri exempla adolescentes oportet. Exod.* 20.13. לֹא תִנְאָף *prioreˉ dictionem monosyllabam* tiphchá *attollit; posterioris ultimam syllabam,* sillúc. *Similia exempla sunt vers.* 12, *&* 14. *qvó lectorem remittimus.*

11. *Ex regulis qvoqve de accentibus in vocum polysyllabarum extremitate positis, judicium fiat. nihilo enim secius in eam agunt syllabam, qvam accentui objectā regula monet: ac si eidem insculpti & adscripti essent. Psalm.* 37, 12. רָשָׁע. tiphchá *in primâ syllabâ positus, seqventem longam acuit. Levit.*

11.7. הַחֲזִיר, telischá *primanus, ultimam adficit.* & 8.35. וּפֶתַח. tarsá *finalis pænultimam ultimâ brevi existente attollit.*

CAP. III.

Officium accentus generale accidentarium.

PROPRIUM *accentus naturalis officium adhuc fuit. Accidentarium est, quod ad syllabam vicinam corripiendam, pro vario accentus ex mutatione sedis positu, se extendit. á longis enim vocalibus recedendo, eas in breves mutare solet, & ante se & post se. Ante se creberrimé, cúm in vocibus polysyllabis fine auctis, á prioribus syllabis ad posteriores descendendo trahitur. atque tunc* in schevá *simplex vel compositum præcedentis longæ vocalis mutatio fieri consvevit. ut* דָּבָר דְּבָרוֹ: פָּקַד פְּקָדוֹ פְּקָדוֹ: אָדָם אֲדָמָה:

Post se, sed rarius: cúm accedente nonnumquam ad initium vocis novâ syllabâ, á posterioribus ad anticas adscendendo reflectitur. ut יֵלֵךְ וַיֵּלֶךְ. *quæ adfectio cúm specialis sit, spe-*

ſit, ſpecialiter quoque poſtea á nobis indicabitur. Cur autem cum mutato accentu, non ſemper & ubique vocalis mutatio adpareat, rationem reddere, á noſtro inſtituto alienum eſſe ſcito. Caput concludam, ſi inculcâro, ex ejuſmodi accentus tranſpoſitione, præcipuam mutationis & transfigurationis vocalium, in nominibus & verbis rationem petendã: quâ de re generaliter hoc loco monuiſſe ſufficiat.

CAP. IV.

Accentus acceſſorius, ejuſqve officium. ubi de méthegh.

HACTENUS *accẽtus naturalis ejuſq. uſus nobis definitus. Acceſſorius eſt, qui naturalẽ antecedens, nonnihil etiam gratiæ recentis venuſtatiſq. pronunciationi conciliat. Eſt autem retinens & mugiens.*

Retinens, qui retardandæ ſyllabæ cuj adfigitur gratiâ ab Ebræis adinventus eſt: atque ob id ab iiſdem מֶתֶג רֶסֶן *vel* הַעֲמָדָה *adpellatus. hoc* méthegh *vel proprium eſt, vel vicarium.*

Proprium, qvod propriam obtinuit figuram, lineolæ nimirum directé ad pedem litteræ projectæ. Ej locus in tertiâ ſyllabâ ante accentum naturalem longâ, vel quartâ ſi tertia brevis fuit, adſignatus eſt. Levit.7.2. הָאָשָׁם. 1. *Reg.*7.20. הָעַמּוּדִים. *Exod.*23.31. גְּבֻלְךָ. *Joſ.* 22.33. אָמְרוּ. *Mich.* 7. 17. וְיִרְאוּ: *Vbi* chirec & cybbúts *lõgæ ſunt, reſectis* ו & י *ad compendium ſcripturæ. Eadem ratio eſt in* pathach ſeghól & caméts chatúph, *ante cognata vocalia rapta vel ſimilia.* 2. *Reg.* 5. 3. יֶאֱסֹף. *Jud.* 2. 10. נֶאֶסְפוּ. *Ijob* 8. 15. יַעֲמֹד. *Num.* 1. 5. יַעַמְדוּ. *Pſalm.*27. 5. אָהֳלוֹ.

Voce autem ex pluribus ſyllabis concretâ: méthegh *bis, térve tertio qvoqve loco locari commodé meritoqve poteſt. Geneſ.* 49. 23. וַיְמָרְרֻהוּ. *Levit.* 23. 14. מוֹשְׁבֹתֵיכֶם *&c.*

Nota.

Hoc méthegh, *præterqvam qvód vocalem antecedentem firmat : ſchevá qvoqve ſeqventi ſonum impetrat : quemadmodum in* אָמְרוּ גְּבֻלְךָ יִרְאוּ *videre potuiſti : enunciamus*

enim

enim āmerú,gebhȳlechá, jireú. *Quocirca si in brevem vocalem, non servatá conditione,cujus meminimus,incidat: vocalis quidem antecedentis sonum levitér protrahit:* schevá *vero sequens, vel mutum plané relinquit, vel ut moveatur ne hilum quidem facit. quo nomine & ab Eliâ Grammatico* מֶתֶג הַנָּכְרִי *id est*, méthegh peregrinum *adpellatum est. 2. Sam. 7. 6.* וְאֶֽהְיֶה *Psalm. 32. 9.* תִּֽהְיוּ : *ubi legendum* va, ēh, jé : tīh, jú. *At in* וַֽיְמָרְרֻהוּ *Gen. 49. 23. &* הַֽמְלַמֵּד *Esa.* 49. 10. schevá *movetur, sonumque accipit: non quidem simplicitér beneficio* méthegh: *sed propter* daghésch, *é litteris* ו *&* י *expunctum: cujus locum* méthegh *supplere videtur.*

Anomalia.

Non raro méthegh *aliud syllabam á fronte vicinam trahit. evenitq. ut plurimum, ubi littera servilis dictionem inchoans, parvâ vocali insigniatur: sequente* daghésch *vel* schéva *muto, ante aliud* méthegh, *inter* schevá *raptum & vocalem adfinem posi-*

tum. Geneʃ. 32. 8. הַֽמַּחֲנֶה. 2. *Reg.* 4. 12. וַֽתַּעֲמֹד. *Jer.* 8. 2. הִֽשְׁתַּחֲווּ. *ʃæpè etiam aliâ ʃervili præfixâ. Gen.* 33. 5. וַֽתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ.

Cap. V.

Méthegh vicarium. ubi de mazzé.

PROPRIUM *habuimus* méthegh; *vicarium ʃeqvitur: ʃic nuncupatum, qvod vicem proprii ʃuſtineat. neqve enim infreqvens eſt uʃus alterius accentus pro* méthegh: *túm ʃupra litteram, (*מַזֶּה *Grammatici, qvód ʃonum levi tractione adʃpergat, adpellitant) túm infra. Ex omnibus avtem* Munách *&* cadmá *id ʃibi muneris freqventiʃʃimé poʃcunt; ille qvidem ante* zacéph catón: *nonnumquam etiam* tiphchá *&* paʃchtá: *iſte ante* géreʃch. *Eʃa.* 3. 1. וּמִֽיהוּדָה. *Gen.* 4. 12. תַֽעֲבֹד *Ijob* 22. 4. הֲמִיִּֽרְאָתְךָ: *ubi* tiphchá *primanus ultimam adficit. Zach.* 12. 6. וְאָֽכְלָה. Cadma *etiam ante* zacéph caton *nonnunquam reperiri adfirmo. Num.* 8. 8. וּמִנְחָתוֹ. *Ac niʃi idipʃum qvandoqve præſtet* tiphchá, merchá *&* jérach ben-

jomó:

jomó: *parúm hîc mihi videre videbor. Proverbior.* 1. 31. וְמִמֹּועֲצֹותֵיהֶם. *Prover.* 19. 8. קֹנֶה־לִי: *ubi* merchá *loco* méthegh *est in priore dictione, accentu ante* maccháph *spoliatâ. Psal.* 5. 11. מִמֹּועֲצֹותֵיהֶם.

Mazzé *veró qvod diximus, vel* géresch *est: vel lineolæ ductus figuram τοῦ* géresch *referens: cuj utplurimum* zacéph catón, *vel* rebhía *subjunguntur. estqve ejus usus in libris* אמת *freqventissimus. Psal.* 78. 10. הָפְכוּ. *Ijob* 3. 18. שָׁמְעוּ *Pro.* 9. 15. הַמְיַשְּׁרִים: *cuj non dubié adsignamus supernatem* mahpách *ante* merchá, *in iisdem libris frequentem. Ps.* 71. 20. מְבַקְשֵׁיךָ *&* 78. 18. בֵּאלֹהִים.

Anomalia.

In dictis libris mazzé *sæpissimé in unâ eademqve cum accentu* rebhía *vel* merchá *syllabâ, reperitur. Prover.* 9. 4. לֵב *&* 19. 10. אַף: *maximé in vocibus parvis. alioqvi familiare ei est, ut in præcedenti sedē quærat. Psalm.* 32. 6. וּמְצֹא *&* 7. 7. אֵלַי.

CAPVT VI.

Accentus acceſſorius mugiens. ubi de *Gajá.*

RETINENS *itaqve hunc in modum nobis definitus fuit. Mugiens eſt accentus, punctulo* ſchevá *initio vocis collocato, á fronte vel á tergo adpoſitus: ad ſonum ejus cum qvodam quaſi mugitu leviter protrahendum. Cúm enim* ſchevá *initiale, naturá* ἄφωνον, *priſcis illis temporibus ſonum ſeqventis vocalis ſub gutturali poſitæ, vel vocalium* chirée *qvidém ante* jod, patách *veró ante aliam qvamvis conſonam in ſe reciperet: minutum tamen & exile qvod enunciabatur adeó fuit: ut vix vel avrem vel aërem feriret. At poſtea accentu mugiente, qvem* גַּעְיָא *dixere, adjecto: legentem fortioris latiorisqve ſoni imprimendi monitum Grammatici voluêre, ne ſcilicet duo ſoni conſimiles, in unum videantur coaleſcere. Pſal. 77. 21.* בְּיַד־מֹשֶׁה. *Ijob 36. 7.* כְּהַרְרֵי־אֵל. *quod cum* mazzé *etiam fieri certum eſt. Prover. 9. 6.* וְאִשְׁרוּ. *Ijob 34. 8.* וְלָלֶכֶת. *Sed jam olím túm*

ſonus

sonus iste, túm soni protractio exsoleuit: ac proindé schevá, *si quando legatur,* E *vocalem raptím pronunciatam nobis sonare videtur: quâ de re Grammaticos adi.*

CAP. VII.

Specialis accentus ratio in nominibus primæ declinationis.

ATQVE *hactenus accentuum generalia. quæ si adolescens, jam mox ab ipsâ litterarum syllabarumqve doctrinâ perceptâ, fideliter imbibat: næ ille anomalias, quæ seqvuntur speciales, nullo feré negotio memoriæ mandaverit. Nunc ratio ordinis postulat: ut accentuum specialia, quæqve extra regularum generalium limites exorbitare videntur, primúm in Etymologiâ, túm in Syntaxi exponamus. Ac in Etymologiâ qvidem priore loco voces numeri: posteriore voces numeri expertes examinandæ veniunt. Præcedant avtem nomina túm primaria, túm secundaria: seqvantur verba.*

In primariis primæ declinationis, ex ordine

dine perfectorum (quibus accensemus ea quæ vulgo defectiva Pe Nun, Jod *&* Lamed, *& quiescentia* Pe Aleph *&* Jod *vocãtur) pauca sunt quæ á regulâ excipiũtur. Age veró quæ occurrunt, adspectui subjiciamus.*

Ultimam itaque brevem acuunt contra secundam regulam פַּנַּג *Ezech. 27. 17.* רוֹנָג *Psal. 68. 3.* צֵלָע *Ezech. 41. 6.* אָשָׁף *Dan. 2. 10. de quo tamen dubium hactenus fuit; nec ego solvo. nam nostra Biblia* אַשָּׁף *habent juxta normam: licet R. D.* Camhius *priorem probare videatur in* Lib. rad. *quẽ nonnulli etiam sequuntur.* מַסַּע *Numer. 10. 2.* לָחֶם *Jud. 5. 8. de hâc etiam formâ controvertitur inter Grammaticos. Et R. D. in* Michlól *verbalem esse suspicatur. His adde nomina quattuor vel plurium litterarum, in - vel* seghól *exeuntia; quibus ultima accentu semper notatur. ut* אֶרְאֶל *vel* אַרְאֵל דַּרְדַּר, עַפְעַף, חֲתַחַת, סְפָרַד, סְמָדַר בַּרְזֶל זְרֻבָּבֶל גַּלְגַּל חֲנָמַל*, & si qua sunt similia. nam quæ* ∴ *in fine pro* schurék *habent, ad analogiam rettulimus Cap. 2.*

In sim-

In simplicibus geminatis (Grammatici deficientia Ain Paal *vocăt)sunt* מֵסַב 1.*Reg.* 6.29. מֵצַל *Ezech.* 31.3. *Adnumerant alii* מֵצַר *Psal.* 118.5. & מַשַּׁק *Esa.* 33.4. *Sed illud codices quibus utimur per* ־ *scribunt: & R. D. in* Michlól, *patách pro tserí positum adfirmat ante* ר *gutturalium æmulam: hoc, eodem perhibente,* patách *quoque obtinuisse videtur in rectione usurpatum.*

In imperfectis productis, id est quiescentibus Lamed ה, seghól *ultimum ante* ה, *præeunte vocali aliâ, accentu fulcitur: ut* שָׂדֶה *Gen.* 25.27. רֹעֶה *Exod.* 3.1. *nisi* ה *illud per paragogen adjectum fuerit. Esa.*2.7. קְצֵה *quod neque hujus ordinis est, sed á* קָצַץ *deductum. Si veró aliud* ׃ *præcesserit: forma erit analoga formæ* הֶגֶר*, hærebitq. accentus in pænultimâ. ut* בֹּכֶה *Ezr.*10.1. הֶגֶה *Ps.*90.9. *quam etiam analogiam producta* א *antecedente gemino* seghól *servant. ut* דֶּשֶׁא *Gen.*1.12.

Quædã hujus ordinis in ו *exeuntia accentum ad pænultimam remittunt : ut* בֹּהוּ׃ תֹהוּ *Gen.* 1.2. אָחוּ *Ijob* 8.11. שָׂחוּ *Ezech.* 47.5.

Recen-

Recentiorum nonnulli ּ *pro* ּ: *poſitum indubié adfirmant. an ea ſuſpicio rationem anomaliæ reddere poſſit, ipſi viderint.*

Grammatici huc referunt Jod *finale loco* ה *habentia: ut* חֳלִי 2. *Para.* 21. 15. חֲצִי *Exod.* 25. 10. דְּפִי *Pſal.* 50. 20. פֶּלְאִי *Jud.* 13. 18. פְּתִי *Pro.* 9. 4. *De poſteriorib. tribus res plana eſt. reliqua* D. Camhius *non admittit. quin analogam formam eſſe probat* חֳלִי חֲצִי: *quæ in pauſâ accẽtum in pænultimã longam rejiciat; ut ſuo dicetur loco. Monet intereà quibuſdam in locis* Jod nosépheth *eſſe in* חֲצִי *á themate* חָצַץ, *ut* 1. *Sam.* 20. 36.

Voces hujus declinationis contractæ, id eſt in rectione poſitæ, in - ultimæ ex ָ *vel* ֵ *deſcendente, accentum ſemper tuentur: ut* אַחַד
á אֶחָד, מִשְׁבַּר, מוֹשַׁב, הֵיכַל, פְּרַשׁ, זְקַן, דְּבַר
quamvis מַשְׁבֵּר, מוֹשָׁב, הֵיכָל, פָּרָשׁ, זָקֵן, דָּבָר
אַחַד *abſolutè quoq. uſurpari negari non poſſit. Gen.* 48. 22.

Pluralia & dualia nunquam aberrare videbis. illa enim ultimã, iſta ſine exceptione pænultimam acuunt. quo nomine etiam,

ipſo

ipſo intuitu hæc ab illis puer facilé diſcernet. ut רַגְלַיִם,דְּבָרִים*. Utraq. vero contracta, ultimā. ut* רַגְלֵי דִּבְרֵי*. Plurale abſolutū in* י*ָ anomaliam habere videtur, ut* חֲרָיו *Zach. 14.15.*

CAP. VIII.

Specialis in ſecundâ declinatione accentus ratio.

ACCENTUS *hæc fuit in primâ declinatione anomalia. Secūdæ declinationis perexigua eſt. cúm enim fines numero ſint pavciſſimi: palám eſt á normâ non ita multa aberrare nomina. Ac, qvod finem* ה *cōcernit: accentu is ubiq. fulcitur: nec unicū qvod excipi á regulâ poſſit exemplum occurret.*

Ne tibi hîc imponant nomina primæ declinationis ה noſépheth *vel* locale *ad finē adſumentia, vide. accentū enim ad pænultimam transferunt: ut facilius á fæmininis ſecundæ declinationis dignoſcantur. Gen.* 14. 15. לַיְלָה *&* 18. 2. אָרְצָה*. Ion.* 2. 10. יְשׁוּעָתָה*. qvo nomine dubitare me fateor, num recté* Sanctes ה *illud ultimi exempli fæmininū dixerit.*

Alter

Alter finis ת *præcedente vocali longâ quavis, priorem imitatur. secus, si brevis. ut* דַּעַת *,* מָוֶת, בַּיִת*. Excipiantur paucissima.* אַחַת*. Jos. 6. 14.* פַּחַת *2. Reg. 18. 24.* πρὸς διάκρισιν τοῦ פַּחַת *quod foveam significat. Quidam huc trahunt* מַשְׂאַת *2. Sam. 11. 8. &* מַחֲבַת *Levit. 6. 14.* מְשָׁרַת *1. Reg. 1. 15. quod contractum esse á* מְשָׁרֶתֶת *monet* Camhius in lib. rad.

Contracta pari lege adstringũtur, cum contractis primæ declinationis. ut שֹׁאַת, בַּקָּרַת, צִדְקַת *, á* שׁוֹאָה, בַּקָּרָה, צְדָקוֹה*. quæ omnia ultimæ, quod* ◌ָ *nominis absoluti peperit, accentu roborant. Quæ vero geminum* ◌ָ *in geminũ pro* ◌ַ *vertunt: regulis nihil habent contrarium. Zach. 12. 12. Cetera hujus declinationis analogiæ conformia.*

CAP. IX.

Accentus specialis ratio in Pronominibus.

PRIMARIIS *nominibus, secundaria, pronomina dicta, succedunt : quæ cúm in integris, túm contractis videãtur. Ac cúm de in-*

de integris monosyllabis nulla nobis moveatur quæstio : polysyllaba ordine attingemus.

Primæ personæ singularia analoga sunt: ut אָנֹכִי אֲנִי *Pluralia veró, primæ regulæ generali adversantur: ut* אֲנַחְנוּ *Gen. 42. 13.* נַחְנוּ *Thren. 3. 42. Videtur excipiendũ* אֲנוּ *Jer. 42. 6. sed legendum esse* אֲנַחְנוּ maſóreth *notat. Indicio est* ſchurèc *in vav, cum* ſchevá *substrato : quod ad* ה *præcedens subintellectum referri debebat.*

Singulare secundæ personæ, normã imitatur. reperitur tamẽ אַתָּה *cum* zaceph catón *supra ¯ in pænultimá, 1. Sam. 30. 13. & cum* athnách, paſchtá & teliſchá *quibusdã aliis in locis. Plurale nisi accedat* ה noſépheth, *nihil peculiare habet. ut* אַתֵּנָה *Gen. 35. 6.*

Tertiæ pluralia extra controversiam, accedente ה *paragogico pænultimam acuũt. Cohel. 3. 18.* הֵמָּה *Jer. 5. 17.* הֵנָּה *quibus addimus demonstrativum* אֵלֶּה *Gen. 2. 4.*

Pronomina contracta, quæ adfixa Grammaticis vocantur, integrorum, á quibus derivantur, analogiæ sunt propiora. Singularia

enim primæ י *vel* נִי *ab* אֲנִי *deſcendunt: ſed illud præcedente* chiréc, patách, *vel* caméts *accentũ apud ſe retinet; hoc ante ſe in pænultima relinquit. Pſal.* 119. 114. דְּבָרִי. *Eſa.* 59. 21. וּדְבָרַי *Jerem.* 17. 15. דְּבַר־י. *Exod.* 33. 13. הוֹדִיעֵנִי. & 12. הוֹדַעְתַּנִי. *Plurale* נוּ *ab* אֲנַחְנוּ *finem* נִי *imitatur. Num.* 32. 5. תַּעֲבִרֵנוּ.

Secundæ perſonæ ךָ, *ab* אַתָּה, *junctum nominib. ac verbis cujus cujus formæ aut temporis, ſi antecedat* ſchevá *mobile aut mutum, accentum ſervat: ſin vocalis quæcunque, perdit. ut Pſ.* 119. 89. דְּבָרְךָ. *Eſa.* 20. 2. נַעַלְךָ & 14. 19. קִבְרְךָ. *Deut.* 26. 15. קָדְשְׁךָ. *Eſa.* 25. 1. שִׁמְךָ. *Pſ.* 119. 123. צִדְקֶךָ. *Ijob* 41. 8. אָחִיךָ. *Sic cum verbis. Deut.* 32. 18. יְלָדְךָ. *Eſa.* 44. 2. יוֹצֶרְךָ. *Geneſ.* 7. 17. אֲכַלְּךָ. *Pſalm.* 91. 11. לִשְׁמָרְךָ. *Eſa.* 43. 4. אֲהַבְתִּיךָ. *Cant.* 1. 3. אֲהֵבוּךָ. *Excipe tertiam præteriti fæmininam, quæ accentum ad pænultimam trahit. Jerem.* 22. 26. יְלָדַתְךָ: *ut á* benoni *ſingulari fæminino* יוֹלַדְתֵּךְ *rectius dignoſcatur.*

Sic ךְ *ab* אַתְּ *antecedente vocali longâ, oxytonũ eſt: ut* וּדְבָרֵךְ 1. *Reg.* 17. 13. נְתַתִּיךְ. *Ezech.* 16. 7.

16.7. *niſi ſeqvatur* jod *paragogicum.* עֲוֹנֵכִי *Pſ.*103.3. *brevi veró, qvæ ut plurimū* chirec, *paroxytonū* וְדִבְרֵיךְ 1. Reg.1.14. *etiam cum* jod *paragogico:* חַיֵּיכִי *Pſ.*103.4. *ubi prius* chirec *in* ſcheva *mutum abit. Pluralia* כֶּם כֶּן *ab* אַתֶּם *&* אַתֶּן *originis ſuæ notam ſervant.*

Ab הוּא *&* הִיא *perſonæ tertiæ cōtracti fines* ו, יו *&* ה, *primitivorū analogiam ſervant: nec hilum qvidē variant. ſed* הו, נו, *item* הָ, נָּה *pænultimam anomálως acuunt, qvidqvid tandém præcedat.* נְתַתִּיהוּ *Ezech.*16.19. יַעַבְרֶנּוּ *Eſa.*35. 8. וְדִבְרֶיהָ. *Jud.* 16.16. יְהֶרְסֶנָּה *Prov.* 29. 4.

Pluralia ן, ם. *ab* הֵן הֵם *acutæ invenies: niſi aliquando brevis vocalis* patách *præmittatur.* בְּקַשְׁתֶּם *Hoſ.*2.7. מְצָאתֶם *Exod.*18. 8. אֲחָזָתַם *Pſalm.* 48. 7. מו *veró ſemper pænacutum. ut* כְּמֹו. *Exod.*15. 10.

CAPUT X.

Specialia accentuum in verbis.

POST *nomina, accentuum qvoqve in verbis introſpicienda eſt anomalia.*

Ac omne qvidem thema verbi, accentū ultimæ adſcribit.

adſcribit. qvem morē imitantur primæ reliqvarum conjugationum voces: immó omnium temporum: & ſi qvæ perſonæ primis vocib. ſunt ſimiles. ut פִּקֵּד נִפְקַד פָּקַד &c.

Ipſa quoque participia & futura in patách brevem vocalem deſinentia. Eſa. 42. 5. רֹקַע & 51, 15. רֹגַע pro רֹקֵעַ & רֹגֵעַ Exod. 4. 4. שְׁלַח Prover. 29. 3. יְשַׂמַּח. Ijob. 36. 27. יְגָרַע. Patách furtivum, accentum Grammaticū, (muſicum enim capit) non admittere, jam anté in Grammaticâ didiciſti. ut שָׁלֹחַ. Num. 22. 37.

Participia fæminina & infinita, duplex ſeghól, vel patách loco ſeghól habentia, analogiam ſervant. Anomaliam eſſe in infinito לָלַת 1. Sam. 4. 19. facilé qvis ſuſpicari poſſet: ſed fruſtrá! nam accentus finalis ſeghól pænultimam, ut docuimus, nihilo minus acuit. niſi ſuſpiceris eo nomine ſub ultimâ collocatum iri: qvod in voce explicatâ eandē ſyllabam adficiat; cúm ex ſententia R. Moſché, referente Mercero, á לֵלֶדֶת deduci debeat, ut אַחַת ab אַחֶדֶת. Imperativum Niphal verbi שָׁמַר pro ultimâ tſerí, brevem ſeghól accerſens, accentum ad

pænulti-

pænultimam tranſmittit. Exod. 23. 21. הִשָּׁמֶר. *Unicum enim exiſtimatur per* ·· *in fine reperiri. Eſa. 7. 4.* הִשָּׁמֵר.

Fines verborum acceſſorii, quod pleriq. ex pronominibus huc conducti, originem ſuam exceptis paucis facilé agnoſcũt. Agé veró docendi cavſsâ, ſingulos uno quaſi obtutu examinandos proponamus. Sunt autem decẽ תָ, תִּי, נוּ, נָה, תֶּם, תֶּן, תְ, ה, י, וּ *quorũ quattuor priores* תָ תִּי נוּ נָה *accentum pænultimæ adfigunt: reliqui juxta ſe habent. ut* פָּקַדְתָּ, פָּקַדְתִּי, פָּקַדְנוּ, פְּקוֹדְנָה, פְּקַדְתֶּם, פְּקַדְתֶּן. פָּקַדְתְּ, פָּקְדָה, פִּקְדִי, פָּקְדוּ. *In* ָ *vel* ־ *pro* נָה *eadem erit accẽtus ratio, etiam ſi per Aphæreſin finis rejiciatur: manet enim in pænultimâ, ut ſymbolum litteræ reſectæ haberi poſſit. Gen. 4. 23.* שְׁמַעַן.

Poſteriores tres fines ה. י. וּ *anomaliam habent. In præterito enim & futuro utroq. (ſcito futurum primum hîc vocari imperativum) præcedente vocali longâ vel* daghêſch*, accentu, quem in antecedentem trajiciunt, ſpoliantur. ut Jerem. 36. 20.* הִפְקִידוּ. *1. Sam. 25. 35.* הֵבִיאָה *2. Sam. 13. 10.* הֵבִיאוּ. *Pſalm. 48. 13.* סֹבּוּ.

Esa. 23. 16. סֹבִּי. *Ezech.* 26. 2. נָסַבָּה.

Verba avtē producta ה *ab hâc anomaliâ sunt immunia. semper enim fines dictos accentu donant: sive longa vocalis sive* daghésch *antecedat. Nam vocalem longam qvod attinet, á contractis simplicibus .i. qviescentibus* Ain Paal, *hoc pacto distinguuntur. Sic* בָּנוּ *Gen.* 11. 15. ædificaverunt *á* בָּנָה: *discernitur á* בָּנוּ intellexerunt, בִּין ᵃᵇ. *Qvantum veró ad* daghésch, *ne cum contractis geminatis*, (defectiva Ain Paal *vocant*) *confundantur*, *diligenter cavetur. Atque ita* גַּלּוּ revelate viri, *imper. piel á* גָּלָה, *planius á* גַּלּוּ removerunt, *qvod præteritum est thematis* גָּלַל, *distingves.*

Etsi avtē ea qvæ diximus, sic se habere extra controversiam sit: specialiorem tamen in verborum flexionib. accentus anomaliam reperiri certum est. cuj cavssam præbuit personarum qvarundam túm αὔξησις, *túm* μείωσις.

At veró extra fines accessorios, qvorum meminimus, & temporum litteras characteristicas (de qvibus in Grammaticâ) avgeri nōnumquam solet persona verbi vel initio, vel fine.

Initio

Initio quidem ו *litera conversiva, (nam jus ei convertendi futurum in præteritum, & contra,) accedens, accentum suâ sede dejicit.*

Futuro itaque præfixa, cum patách *sequente* daghésch : *vel cum* patách *&* méthegh *loco* daghésch, *accentum ab ultimâ ad pænultimam revocat; non quidem in omnibus: sed in iis tantúm, quorum ultima & pænultima vocalibus longis, nullo intercedente* schevá *vel* daghésch *constant: ut necessum videatur, ultimam longam in cognatam brevem mutari. ut* וַיִּלָּחֶם *Exod.*14.14. *pro* וַיִּלָּחֵם: וַיְגָרֶשׁ *Gen.*3.24. *pro* וַיְגָרֵשׁ: וַיֵּשֶׁב *Jud.* 1. 16. *pro* וַיֵּשֵׁב: וַיָּקָם *Ijob* 16.8. *pro* וַיָּקוּם: וַיָּבֶן 2.*Sa.*12.19. *pro* וַיָּבִין *&c.*

At si vel littera futuri prima daghésch, *vel ultima brevē vocalem respuat: accentus loco non movebitur: ut* וָאֲגָרֵשׁ *Jud.* 6. 9. וָאָקֻם 1.*Reg.* 23.21. וַיָּבוֹא 2.*Sam.*16.22. וַיֵּצֵא *Gen.*8. 7. *Quód autē nonnumqvam legatur* וַיֵּצֵא *Gen.* 4.16. *anomaliæ quidem species est: sed suo loco á nobis indicanda.* *Ad initiū veró præteriti accedens, fines paroxytonos* תִּי *et* תָּ *oxytonos facit : túm veró maximé, si futurum aliqvod ad*

eandem ſententiam relatũ, in oratione proximé antecedat. ut וְאָמַרְתָּ *2. Reg.18.20. pro* וְאָמַרְתָּ׃ וְהֵבֵאתִי *Gen. 27.12. Nonnunquam etiam fini* י*, ſi quando paroxytona vox depræhẽditur adplicatur.* וְשָׂמוּ *Num. 4.6. pro* וְשָׂמוּ*. Fini* ה *rariſſimé.* וְהִבְדִּילָה *Exod. 23. 33.*

Sola præterita Cal*, verborum in* א *&* ה *exeuntium, excipiuntur: ut* וּמָצָאתָ *Devt.4.29.* וְגִלִּיתִי *1. Sam. 20. 12. Secus nonnũquam ſi uſu veniat: túm demúm avctoritate ſcripturæ, non regulis, quæ ſpecialia omnia exempla citra exceptionẽ vix compræhendũt, ſtandũ eſſe noveris.*

Avgmentum finale, qvod paragogicum vocant, qvatenus qvidem accentum tranſponit: omnia verbi tempora concernit. Nam ſi litteræ ה *&* ן *ornatus vel evphoniæ cavſſâ, ad præteriti, infiniti, imperativi & futuri,* י *veró ad participii finem adjiciatur: accentus ad litteram paragogicam deſcendet: feré cum præcedentis alicujus vocalis longæ in* ſchevá *contractione. ut* קָרְבָה *Pſ. 69.19. á* קְרַב׃ אֶשְׁכְּבָה *Pſ. 4.9. ab* אֶשְׁכַּב*. Sic* לְכָה *Num.10.29.* תִּשְׁמְרוּן *Devt.11. 22.* חֹצְבִי *Eſa.22.16. &* חֹקְקִי *pro* חֹצֵב *et* חֹקֵק*.*

In qvi-

In quibus veró vocalis per contractionē non mutatur: in iisdem neque accentus descendet. ut Esa. 32. 11. פְּשׁוּטָה רְגָזָה חֲגוּרָה. *pro* פְּשֹׁטָה רְגָזָה חֲגֹרָה. *Præteritum veró,* הֶחְבְּאַתָה *Jos. 6. 17. anomalum videtur. contractionē enim admittit: nec tamen ad paragogicam litteram accentum rejicit. Caussam suspicor: quia accentus sub* ב *in* הֶחְבִּיאָה *juxta analogiam positus, in proximam quidem, quæ nunc pænultima est, migrare potuit, in ultimam non potuit; ne scilicet saltus, (quod nescio an usquam animadversum,) per duas syllabas fieret.*

In verbis quorum media est vav *vel* jod, *propter* ה *nihil mutatur: id est, accentus non descendit. ut* שׁוּבָה *Jer. 3, 12. licet hujus verbi quinque oxytona* Masoréth *observet.* אָקוּמָה *2. Sam. 3.21.* Nun *veró accedēte, ad ultimam delabetur: ut* יְקִימוּן *Ijob 4. 4. In geminantibus secundam pavlló seciús. in his enim accētus ad* ה *paragogicum detrudetur.* עוּזָּה *Ps. 68. 29. sed in imperativo tantúm: non autem futuro. ut* וְנָבֹזָּה *1. Sam. 14. 36.*

Quiescentia ה, *raró ejusdem litteræ repeti-*

tione finē onerāt. at ſicubi id fiat; prius ה *qvod thematis eſt, in* jod *mobile vertunt: &* ſeghól *antecedens in* caméts, *cuj accentus adhæret.* אֶהֱמָיָה *Pſ. 77. 4.*

Specialem igitur habuiſti anomaliam ex verbi avgmento.

Ea veró qvā μείωσις *invexit: in ſolis quieſcentibus* Lamed ה *locum invenit. in qvorum futuris ut plurimum* ה *radicis per apocopen excidit: ut cogatur accentus ad pænultimam redire.* יִרֶב *Gen. 1. 22.* תֵּהַע *Prov. 7. 25. túm veró maximé: ſi antecedat* vav *converſivum.* וַיִּמַח *Gen. 7. 23.* יַחַעַשׂ *Ezech. 28. 4.* וַתֵּתַע *Gen. 21. 14. Et ſine* vav *converſivo.* וַיְגַל *Ijob 36. 16. Excipe* יְהִי *Gen. 1. 3.* יְחִי *Devt. 33. 6. & ſimilia: qvæ in ultimâ accentum ſervant, ob* ſchevá *præcedens: qvod ſuſtinendo accentui prorſus inhabile eſt.*

CAP. XI.

Specialis accentus ratio in qvibuſdam adverbiis & præpoſitionibus.

ACCENTUUM *anomalia in vocib. numeri adhuc expoſita fuit. habent etiam*

voces

voces sine numero, adverbiū puta & præpositio suam: sed raram, qvam paucis indicabimus.

. Priori regulæ generali adversantur hæc: הָלְאָה Gen. 19.9. מֵהָלְאָה Ibid. 35.31. לָמָּה Ps. 42.10. אֵיכָכָה Cant. 5.3. שָׁמָּה Esa. 34.15. חוּצָה 2. Par. 33.15. אָנָּה & אָנָה 2. Reg. 5.25. כָּכָה Num. 11. 15. qvæ, ultimâ longâ existente, accentū transponunt in pænultimam, ob ה paragogicū feré vel locale adnexum: ne nomina fæminina esse suspiceris. In posteriorem impingūt: אַחַר Gen. 33.7. אוּלַי Gen. 27.12. זוּלָת 2. Reg. 24. 14. אַחֲלַי Ps. 119.5. מָתַי Ps. 42.3. sic עַד compositum cum ו: ut וָעֶד Psal. 145.1. &c. qvæ usus docebit: in qvorum ultimâ brevi, accentus nihilo minus subsistit.

CAP. XII.

Officium speciale accentus in plurium vocum collectione: ubi de *maccáph*, *dachíc* & *athé merachíc*.

BREVITER & perspicuè, qvo ad ejus fieri potuit, pertractatis iis qvæ ad specialem accentuum rationem, ex generali officio

enatam in Etymologiâ pertinebant; consequens est: ut specialem eorundem usum & usui adnexam anomaliam in Syntaxi quoq. ostendamus. Cúm autem duo potissimum in oratione accẽtus efficiãt: vocum nimirum sententiæq. cohærentiam, ac earundem distinctionem; primúm de illâ, de hâc postea, pari, ut spero, perspicuitate & brevitate, dicturi sumus.

Connexio autem vel est vocum tantúm; vel vocum paritér ac sententiæ.

Vocum cohærentiam, & ex eâ anomaliam sequentibus regulis compræhensam volumus.

Prima regula: in qvâ vocum connexionis qvasi parasceve.

Dictio oxytona, si immediaté seqvatur accentus alius, in primâ seqvẽtis, qvæ ejusdem est membri, syllabâ: accentum ad pænultimam trajicit: &, si integrum erit, vocalem longam in adfinem brevem mutat. 1.*Reg*.8.32. לָתֶת לוֹ, *pro* לָתֵת. *Gen*.31.7. הֵתֶל בִּי *pro* הֵתֵל. *Cant*. 2. 10. אָמַר לִי *pro* אָמַר. *Prov*.27.15. תֶּחְשֶׁב לוֹ *pro* תֶּחְשֵׁב. Fit & ejusmodi accentus trajectio: etiam si inter oxy-

ter oxytonam vocem & ſeqventem accentum littera aliqva ſervilis intercedat. *Devt.* 4. 9. הִשָּׁמֶר לְךָ *pro* הִשָּׁמֵר, *ubi* Lamed *non impedit qvo minús* munach *ad pænultimam reflectatur.*

Dixi, Si integrum erit. *Neq. enim qvamlibet longam vocalem dictionem terminantem cũ brevi permutari fas eſt. Primúm enim litteræ muteſcentes* אהוי, *finales ſuas longas, ſuo qvodam jure ſervant: ut ut accentum ad præcedentem ſyllabam remittant.* Hab. 3.17. עָשׂוּה אֹכֶל. *Gen.* 4. 16. וַיֵּצֵא קַיִן. *Pſal.* 2. 12. חוֹסֵי בוֹ. *Ijob* 1. 2. וַיִּוָּלְדוּ לוֹ. *Gen.* 1. 5. קָרָא לָיְלָה: *qvibus adficimus* ה *præcedente* chólem, *in infinitis* qvieſcentium ה *&* *pluralibus fæmininis: qvæ* cholé, *ut forma dignoſcatur, nunquã deponũt.*

II. Πρὸς διάκρισιν *vocum ſimilium, ne diverſæ & heterogeneæ formæ inter ſe cõmiſceantur: operæ pretium fuit longam vocalem in fine immotam atqve immutatam tolerari.* I. *in præteritis* Cal *formæ* חָפֵץ: *ne exiſtimentur eſſe adjectiva formæ* זָקֵן. *Eſa.* 5. 2. חָצֵב בּוֹ *pro* חָצַב. II. *in participio præſenti conjugationis* Cal: *ut*

á formâ

á formâ קֹדֶשׁ *rectius discernatur. Psal.* 15. 2. פֹּעֵל צֶדֶק *pro* פְּעָל *Devt.*24.7. גֹּנֵב נֶפֶשׁ *pro* גְּנֹב: *manetqve túm in præteritis túm participiis juxta ultimam accentus. Nam, qvod nonnulli docent accentum nonnumqvam ad pænultimam revocari: &* méthegh *juxta* tséri *retineri, nondúm mihi persvadere potui. ut in illo, Ezec.* 22.25. טֹרֶף טָרֶף. *certé hîc evidentér impingũt! Ut enim donem,* merchá *qvem sub* tséri *vides, alibi pro* méthegh, *qvod etiam ex* Eliâ *supra docuimus, usurpari solere: palám nihilo minús adeó est,* méthegh *in unâ eadémqve voce accentum Grammaticum numqvam subseqvi: sed antecedere semper: vel solum absqve accentu poni; ut si qvis de eo dubitet: is, & codicum qvibus utimur fidem, & Grammaticorum avctoritatem in dubium vocare videatur. Adfirmamus itaqve in hoc exemplo, accentum* merchá *ultimam acuere: dúm* munách *in pænultimâ musicæ præest.*

Qvibus veró tertia radicis est א *vel* ה, *cúm dubii nihil habeant: accentũ indifferentér nunc retinent: nunc in præcedentem syllabam transferunt.*

ferunt. Esa. 45. 7. וּבוֹרֵא רָע. *Ibid.* וּבוֹרֵא חֹשֶׁךְ.
Gen. 4. 17. בֹּנֶה עִיר. 1. *Sam.* 19 14. חֹלֶה הוּא.
111. *In præterito plurali exeuntium in* ה, *accentus qvoqve juxta ultimam ſuſpenditur. Thr.* 2. 14. חָזוּ לָךְ, *ut á qvieſcentibus* Ain vav *dignoſcătur. nec tamen inficiamur contraria exempla adferri poſſe. Zach.* 10. 2. חָזוּ שֶׁקֶר.

Secunda regula.

Si veró ad pænultimam trajici non poteſt: vel propter accentum á fronte vicinum: qvem ſuâ ſede dejicere non licet: vel propter ſyllabam antecedentem brevem, vel punctulo daghéſch oneratam: poteſt, ſi ita videbitur, in ultimâ longâ retineri. *Esa.* 26. 12. תִּשְׁפֹּת שָׁלוֹם לָנוּ. *Hag.* 1. 11. וָאֶקְרָא חֹרֶב. *Pro.* 6. 28. יְהַלֵּךְ אִישׁ: avt correptâ modó liceat ultimâ, omnino abjici: eâ tamen lege: ut integra vox cuj adhæreſcebat, cũ ſeqvente unicâ ſpiritus compræhenſione proferenda coëat. cujus coitionis ſymbolum eſt virgula inter utramqve, hoc modo א־א interjecta, qvam מַקֵּף Grammatici dixêre. *Num.* 12. 8. אֲדַבֶּר־בּוֹ.

Prov. 22

Prov. 22. 14. יִפָּל־שָׁם. *Ijob* 22. 21. הַסְכֶּן־נָא.
Poteſtq. hoc modo qvævis monoſyllaba vox, ſeqventi cuivis, accentum in primâ vel ſecundâ habenti colligari. Levit. 17. 14. כִּי־נֶפֶשׁ. *Gen.* 19. 10. אֶת־יָדָם. *Levit.* 16. 5. אֶל־הַכֹּהֵן *Et qvævis polyſyllaba, ſeqventi monoſyllabæ, vel diſſyllabæ, paroxytonæ.* 1. *Sam.* 13. 2. וַיִּבְחַר־לוֹ. *Mal.* 2. 7. יִשְׁמְרוּ־דַעַת. *Licetqve interea voci accentu ſpoliatæ* πρὸς εὐφωνίαν *accentum acceſſorium* méthegh *ſine vocalis ultimæ mutatione, ſi vox monoſyllaba ſit, reſumere. Prov.* 22. 9. טוֹב־עַיִן. *in polyſyllabâ id non tenetur. Ijob.* 36. 31. יִתֶּן־אֹכֶל. *Atqve iiſdem conditionibus, geminum* maccáph *tres inter ſe dictiones conjungere fas eſt. Prov.* 26. 25. אַל־תַּאֲמֶן־בּוֹ. *Ezec.* 18. 11. אֶת־כָּל־אֵלֶּה *&c.*

Tertia regula.

Ut autem arctiore vinculo vox accentu exſuta cum ſeqvente conjungatur: primæ litteræ ſeqventis dictionis, daghéſch, ſit modó ejus capax, imprimitur: ut una videatur é duabus facta, atq. unico proindé accentu proferenda. *Ubi nemo tám puer fuerit,*

fuerit; qvin præcedentem vocem in vocalem si non puram putam, at saltem cum litterá qviescente conjunctam detinere, seqventem á consoná, (gutturales excipio, qvibus cum daghésch *nihil commercii) incipere debere, videat. qvam connexionis formam Grammatici* דְּחִיק *adpellarunt; qvód violento qvasi raptu, prior dictio ad seqventem, ut cum eâ arctius coälescat, trahatur. Plæriqve Grammaticorum antecedentem vocem monosyllabam perpetuó esse voluerunt: ejus vocalem veró,* ֶ , ַ *vel* seghól. *ut Prov.* 20. 24. מַה־יָּבִין. *Gen.* 31. 41. זֶה־לִּי. *Ut veró hoc negare non ausim: ita illud perpetuum esse numqvam adfirmârim. Qvot enim inter legendum occurrent exempla: qvæ præcedentem vocem polysyllabam esse possè manifesté evincant? Ijob* 34. 4. נִבְחֲרָה־לָּנוּ. *Levit.* 4. 20. יַעֲשֶׂה־לּוֹ *&c.*

Qvarta regula.

Qvin etiam absqve maccáph ejusmodi vocum collectio havt raró fieri solet: sed novâ qvadam ratione, idq. cúm præcedés vox fuerit polysyllaba. Neq. enim accentum

accentum prioris dictionis expunctũ iri puta: qvod in maccáph & dachíc vidimus; sed ad pænultimam saltem remittendũ. *Atq. hanc unionis formam Grammatici* אַחֵי מַרְחִיק *vocant: qvod accentus vocum conjunctarũ pavlló longiore á se invicem distent intervallo. Num.* 11. 15. עֲשֵׂה לִּי. *Joel* 1. 2. הֲהָיְתָה זֹּאת. *Gen.* 39. 17. הֵבֵאתָ לָּנוּ. *Sed ista vocum connexio cavssa est cur distinctæ naturâ voces, qvâ á scripturâ etiam inter se commisceantur: ut pro unâ facilé utramqve habeas. Exod.* 4. 2. מַזֶּה *pro* מַה־זֶּה. *Esa.* 3. 15. מַלָּכֶם *pro* מַה־לָּכֶם.

CAP. XIII.

Accentus speciale officium in sententiæ cohærentiâ.

VOCUM *habuimus connexionem. videamus porró usum accẽtuum specialem in sententiæ connexione. Ejus veró forma uniformis non est: aliam enim simplicem, mixtam aliam depræhendimus.*

Simplicem voco, qvam accentus á Grammaticis

ticis miniſtri *vocati, conſtituũt. cujuſmodi ſunt é numero ſupernatũ,* cadmá & tarſá, *infernatũ veró,* dargá, munách, jérach ben-jomó, merchá, merchá chephulá, mecharbél, illúj, mahpách, meajlá. *Etenim horũ miniſterio, dúm immediaté in oratione cohærent, ſententiæ nexus ſervatur: nec anté diſſolvitur: quám ad peregrinum aliqvem, cuj diſtingvendi munus creditũ, perventum fuerit. Joſ.* 2. 14. וַיֹּאמְרוּ לָהּ הָאֲנָשִׁים: *hîc* dargá & munách *continuant orationem uſq. ad accentum* rebhía. *Ijob* 42. 7. חָרָה אַפִּי בְךָ וּבִשְׁנֵי רֵעֶיךָ *ubi* cadmá & mahpách *ſententiam protrahunt ad* paſchtá. munách *veró ſuam dictionẽ ſeqventi á* zacéph canón *inſeſſæ, alligat.* *Mixta eſt, qvã miniſtri non qvidẽ ſoli, ſed reliqvis accentib. intermixti, præſcribunt. in qvâ figuræ non levis habenda eſt ratio. propemodũ enim uſu venit: ut qvi accẽtus ſe mutuó extremitatib. reſpiciant, & qvaſi incurvati contingant, iidem dictiones qvibus adhærent, ad ſententiæ unionẽ conſpirare portendant. Geneſ.* 1. 24. תּוֹצֵא הָאָרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה cadmá, geréſch, & mahpách *voces ſuas copulãt ad ſen-*

tẽtiæ perfectionẽ. Eſa 1.4. נִאֲצוּ אֶת־קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל *ubi* tebhír, merchá & tiphchá *ſibi mutuó occurſantes, túm voces túm ſententiã connectunt.*

CAP. XIV.

Officium ſpeciale accentus in diſtinctione vocum.

TALIS *fuit vocũ & ſentẽtiæ conjunctio: proximum eſt ut diſtinctionẽ doceamus. ea reliqvorum accentuũ notis indicatur: qvorum duodecim ſupernates ſunt*, ſeghól, rebhía, zacéph catón, zacéph gadhól, teliſchá, pazér, carné phará, zarcá, géreſch, geraſchím, paſchtá, ſchalſchéleth : *infernates veró ſeptem:* ſillúc, athnách, tiphchá, tebhír, jethíbh, *additis*, pesíc *&* legharmé. *alii* munách *ante* legharmé, *&* mahpách *ſuperiorem, qvi tum* pazér *adpellari conſvevit, addũt. Atq. hi omnes, qvód diſtinctionem imperarent, á Grammaticis reges adpellati fuerunt.*

Diſtinctio avtem, vel eſt vocum tantúm, vel vocum ſimul ac ſententiæ.

Vocũ diſtinctio eſt qvæ fit inter duas dictiones: qva-

nes: quarũ prior in litteram אהוי *quiescentẽ exit: posterior, á litterâ* בגד כפת *incipit. Litteræ enim* בגדכפת *initiales post* אהוי *mutescentes adspirari solitæ: post accentum regium rursus indurantur: cúm adspiratione depositâ indurationis suæ symbolũ* (daghésch *lene vocant*) *in se recipiũt: nõ aliter, ac si initio versus collocatæ essent. Gen.* 1.28. וּרְדוּ בִּדְגַת. *Ps.* 30.10. בְּדָמִי בְּרִדְתִּי *Exod.* 21. 20. אֲמָתוֹ בַּשֵּׁבֶט. *Ps.* 5.4. קוֹלִי בֹּקֶר. *Exod.* 21.25. חַבּוּרָה תַּחַת. *Levit.* 8.7. לוֹ בּוֹ. *Gen.* 18.21. עָשׂוּ כָּלָה. *Esa.* 7.1. וַיְהִי בִּימֵי. *Esa.* 10.12. וְהָיָה כִּי: *&* 12.1. יְהוָה כִּי. *&* 16.12. נִרְאָה כִּי *&c.*

CAPUT XV.

Officium speciale accentus in distinctione sententiæ imperfectæ.

DISTINCTIONEM *vocis sequitur sententiæ: quam probâ & probatâ voce pausam vocamus. Ea est orationis in membra membrorumq. partes é clausulis & interpũctis dissolutio: quã partim decori adfectatio: partim ipsa necessitas nobis peperit. Ut autem ornatum quem orationi conciliat, prætеream: de necessitate*

pavca præmittenda esse duxi. est veró interpretationis & respirationis.

Ac priorem qvod attinet: constat omnem feré interpretationem scripturæ vacillare & dubiam admodũ esse: nisi distinctione juvetur. Haut raró enim voces in oratione nõ cohærentes, cũ textus & sententiæ depravatione inter se commiscerentur: nisi certis distinctionum notis heterogenea á se invicem dispescere liceret. Nec putandum est Ebræi sermonis eam esse ruditatem & simplicitatem: ut directâ serie semper conjungat conjungenda, dislocanda veró segreget. Etenim non minore elegantiâ, quám græcus & latinus, sæpissimé inter partes qvám maximé cohærentes, orationis aliqvod membrũ á priore sententiâ alienissimũ mirâ cum gratiâ interserit. qvod qvi separare atq. in ordinem redigere non dúm didicerũt: næ illi scripturam pravé detorqventes, inscitiam suam cũ rubore produnt: & alios hallucinationis suæ participes reddunt. Ejus rei exemplum habe.

1. *Sam.* 3.3. וְנֵר אֱלֹהִים טֶרֶם יִכְבֶּה וּשְׁמוּאֵל שֹׁכֵב בְּהֵיכַל יְהוָֹה אֲשֶׁר־שָׁם אֲרוֹן אֱלֹהִים׃. Et lucerna Dei anteqvam exstingveretur, & Samuel dormie-

dormiebat: in templo Jehová, ubi erat arca Dei. *Hîc facilé diceres Samuelẽ dormivisse in tẽplo Domini: nisi* Athnách *in* שָׁכֵ֑ב*, distingveret τὸ* שֹׁכֵב *á seqventib.* בְּהֵיכַל יְהוָה*: Sensus enim est,* Samuelem dormivisse anteqvã lucerna in templo Domini exstingveretur. *Sic Gen.* 39.17. בָּא אֵלַי הָעֶבֶד הָעִבְרִי אֲשֶׁר־הֵבֵאתָ לָּנוּ לְצַחֶק בִּי. Ingressus est ad me servus iste Ebræus qvem adduxisti nobis, ut illuderet me. *Emitne Josephum Potiphar, ut conjugem illuderet? nihil minus. Sed hic sententiæ ordo. Accentus* tiphchá *in* לָנוּ *suggerit eam vocẽ á seqventi* לְצַחֶק *separandam esse: & τὸ* לְצַחֶק *ad accentum* geraschím *in* אֵלַי *remittendum. qvem si seqvaris, stabit sententia:* Ingressus est ad me, ut illuderet me, servus iste Ebræus, qvem adduxisti nobis.

Respirationis necessitatẽ ipsa natura introduxit. Longam enim orationem, qvis debité ac decoré, sine intervallis silentii & qvietis, qvibus legentis spiritus reficitur, enunciaverit? Hinc caussa exorta videtur: cur longiores etiam versus, nonnumqvam ad levandam lectoris molestiam præ-

 cidantur:

cidantur: antequam ad ſententiæ finem perveniatur: cujuſmodi eſt ille Gen. 23. 17. וַיָּקָם שְׂדֵה
עֶפְרוֹן אֲשֶׁר בַּמַּכְפֵּלָה אֲשֶׁר לִפְנֵי מַמְרֵא הַשָּׂדֶה
וְהַמְּעָרָה אֲשֶׁר־בּוֹ וְכָל־הָעֵץ אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה אֲשֶׁר בְּכָל
גְּבֻלוֹ סָבִיב׃ 18. לְאַבְרָהָם לְמִקְנָה *&c.* Confirmatus eſt igitur ager Ephrón qvi erat in Machpelá, qvi erat é regione Mamré: ager, inqvá, & ſpelunca, qvę erat in eo, omnesq. arbores qvæ erāt in agro, qvæ ſcilicet erāt in toto termino ejus, per circuitũ, 18. Ipſi Abraham in poſſeſſionem &c. *Similis eſt Hag.* 2. 5. *&* 6. וְעַתָּה חֲזַק זְרֻבָּבֶל נְאֻם־יְהוָה וַחֲזַק
יְהוֹשֻׁעַ בֶּן־יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל וַחֲזַק כָּל־עַם הָאָרֶץ
נְאֻם־יְהוָה וַעֲשׂוּ כִּי־אֲנִי אִתְּכֶם נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת׃
6. אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר כָּרַתִּי *&c.* Nunc avtem roborа teipſum Zerubabél dixit Jehová, robora te qvoq. Jehoſua fili Jehoſadách ſacerdos magne, & robora te univerſa plebs terræ hujus, dixit Jehová, & facite: qvoniam vobiſcum ſum, dixit Jehová exercituum, 6. Verbũ qvod pepigi vobiſcũ *&c.* *Ubi* אֶת־הַדָּבָר *initium ſexti verſus cohæret cum* וַעֲשׂוּ *in qvinto. qvod etiam in Comm. notavit*

R. D. Cam-

R.D. Camhius. *ut sit sensus.* Et facite verbum qvod pepigi vobiscum.

Ut veró tandém sermonẽ qvem jecimus pertexamus, atqve ratio distingvendi adpareat; dicimus orationem in suas dispescere partes accentus regios omnes jus esse. at non singulis concessum jus æqvé regium. Nam ut sententiæ partes aliæ aliis perfectiores: ita distingvendi vim aliis accentibus majorem solidioremq., aliis langvidiorẽ tributam conveniebat. Qvocirca in unâ dictionę cúm jungũtur minister & rex, ut hic alteri præpollet: ita si duo concurrant reges, qvi magis distingvit, valẽtior qvoq. & superior habẽdus est.

Distinctionis autem duæ species: una communis, altera peculiaris.

Communẽ dicimus, qvæ omnibus libris Bibliorum ex æqvo convenit. estqve vel imperfectæ vel perfectæ sententiæ.

Imperfectæ sententiæ pausa, spiritum sine respiratione leviter sustinet ac suspendit. estq. semiincisum & incisum. Semiincisum faciunt zarcá, pesíc, tebhír, paschtá, géresch, geraschím, jethíbh, tiphchá, schalschéleth. *qvo-*

qvorum plures pavcioréſve, pro ut membrū longius vel brevius fuerit, diſtingvēdis cavſſis, ſubjectis, adjunctis, aliisq. circumſtantiis ſimul concurrere animadvertimus. Ut in brevi membro. Gen. 1. 3. וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי־טוֹב. Et vidit Deus lucem, qvód bona: *ubi ſemiincíſa faciunt* tebhír *&* tiphchá *inter Deum videntem, & ſubjectum viſus, lucem. Eſa.* 14. 19. וְאַתָּה הֻשְׁלַכְתָּ מִקִּבְרְךָ כְּנֵצֶר נִתְעָב לְבֻשׁ הֲרֻגִים מְטֹעֲנֵי חָרֶב. Tu avtē projectus es de ſepulchro tuo tanqvam ſtirps abominabilis, & veſtimentum occiſorum qvi confoſſi ſunt gladio: *Membrū paulló longius eſt, in qvo vides* geraſchím, paſchtá, tiphcha & tebhír.

Inciſum ſive comma definiunt rebhía, zacéph catón, zacéph gadhól, teliſchá, pazér, carné phará: *qvorum etiam numerus, qvo membrum longius prolixior eſt. Gen.* 1. 14. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי מְאֹרוֹת בִּרְקִיעַ הַשָּׁמַיִם לְהַבְדִּיל בֵּין הַיּוֹם וּבֵין הַלָּיְלָה. Dixit etiam Deus, ſint luminaria in expanſione cæli, ut dividant inter diem & noctem. *Hoc medium qvaſi inter breviſſimum & longiſſimum tribus locis inciditur: á* rebhía, zacéph catón, & zacéph gadhól.

CAP. XVI.

Officium ſpeciale accentus in diſtinctione ſententiæ perfectæ.

ADHUC *imperfectæ ſentẽtiæ pavſa. Perfectæ ſentẽtiæ diſtinctio reſpirationẽ habet moræ plenioris: eſtqve orationis vel unico vel pluribus membris conſtantis.*

Orationem unius membri, μονόκωλον *vocamus, ſolus accẽtus* Sillúc *diſtingvit: cuj in ultimâ ſyllabâ ſemper locus eſt. Periodus enim ſententiæ qvam* סוֹף פָּסוּק *Ebræi vocant, ab ipſo dependet; cuj etiã craſſiuſcula duo puncta ad perpendiculum notata, ad latus adponi ſolent. Exod. 15. 18.* יְהוָה יִמְלֹךְ לְעֹלָם וָעֶד׃ Jehová regnabit in ſæculũ & perpetuũ. *Ubi notes velim in ejuſmodi orationibus, regem præter* tiphchá *vix reperiri: qvem & in noſtro exẽplo ſub voce* יִמְלֹךְ *depræhendes. Ac palám fatetur* Elias *in mille verſibus bibliorum vix unicum reperiſſe ſe: ubi orationem* μονόκωλον *plures accentus commatici fatigent. Exſtat is Gen. 7. 22.*

Pluribus membris conſtans oratio, avt δίκωλος *avt* ξίκωλος *eſt.*

Orationis δικώλου *sive bimẽbris, mediũ qvidem* athnách *præfinit, exitũ veró* sillúc. *Jud.* 2.16. וַיָּקֶם יְהוָה שׁוֹפְטִים וַיּוֹשִׁיעוּם מִיַּד שֹׁסֵיהֶם׃. Suscitavit avtẽ Jehová judices: qvi eriperẽt eos, é manu diripientiũ eos. *Familiare est avtẽ huic formæ geminũ admittere* tiphchá: *unũ qvidem, qvi* athnách *antecedat: alterum, qvi seqvatur: quemadmodum hîc qvoqve factum adparet.*

At τρικώλου, *i. trimembris orationis, primũ colon terminat* seghól: *secundũ* athnách: *tertium* sillúc. *Gen.* 2.23. וַיֹּאמֶר הָאָדָם זֹאת הַפַּעַם עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה כִּי מֵאִישׁ לֻקֳחָה־זֹּאת׃ Dixitq́ homo: hâc vice os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: propterea vocabitur vira, qvia ex viro sumta est ista.

Monendus es hoc loco Eliam *proximam post* athnách *distingvendi facultatẽ* τοῦ zacéph catón *tribuere. neq. est qvod inficier multis in locis sententiam perfectiorẽ reperiri juxta* zacéph *qvám juxta* seghól: *Verũ tamen sæpius id comperies fieri præsente* seghól: *si contextum orationis probé examinaveris: & commata á colis debité distinxeris.*

CAPUT XVII.

Officium speciale accentus in distinctione Librorum אמת.

ATQ. *hactenus cõmunis distingvendi ratio in oratione biblicá. Libris veró* אמת *ob orationẽ concisam, versuumq́. brevitatem, alia, eaq́ve peculiaris distinctionis ratio inservit: túm in incisis, túm membris constituendis.*

Ac semiincisum qvidem efficit minister munách, *nõ aliter ac ipse* tiplichá, *antecedente alio* munách, *vel* tiphchá *mediano. Ps. 74.3.* כָּל־הֵרַע אוֹיֵב בַּקֹּדֶשׁ׃ Omnis inimicus qvi malefecit in sanctitate. *&* 72. 15. וְיִתְפַּלֵּל בַּעֲדוֹ תָמִיד & orabit pro eo semper.

Incisum cõstituit tiphchá *(qvem semiincisum aliás facere diximus) initio dictionis ante omnia puncta collocatus: ut vicem* τοῦ zacéph catón *supplere videatur. Ps. 6.5.* שׁוּבָה יְהוָה חַלְּצָה נַפְשִׁי. Revertere Jehova, eripe animá meam: *ac si esset* יְהוָה. *Pro.* 16.29. אִישׁ חָמָס יְפַתֶּה רֵעֵהוּ Vir iniqvus, seducit proximum suum. *At non qvovis loco. Ps. 27.3.* אִם־תָּקוּם עָלַי מִלְחָמָה Si consurgat adversum me bellum : *hic inter*

Me, *&* bellum, *commati non esse locũ vides. Membrum veró primũ in oratione ξικῶλῳ feré semper limitat accentus minister* merchá, *in tertiá post* zarcá *dictione, vel primâ avt secundâ post* rebhía *collocatus : accedente interim, vel eidem dictioni inhærente* mahpách *superiore. Ps. 93.1.* יְהוָה מָלָךְ גֵּאוּת לָבֵשׁ לָבֵשׁ יְהוָה עֹז הִתְאַזָּר Jehová regnat, gloriam induit: induit Jehova fortitudiné, accinxit se. *pro* לָבֵשׁ. *Prov. 1. 23.* תָּשׁוּבוּ לְתוֹכַחְתִּי הִנֵּה אַבִּיעָה לָכֶם רוּחִי Convertimini ad increpationem meam, & depromam vobis spiritum meum : *ac si esset* לְתוֹכַחְתִּי *&c.*

Dissimulandũ hîc non est, geminũ sæpé merchá *in proximis vocib. immediaté se conseqvi: quorum antecedens ut plurimum pausæ præest. Psalm. 30. 12.* הָפַכְתָּ מִסְפְּדִי לְמָחוֹל לִי פִּתַּחְתָּ שַׂקִּי וַתְּאַזְּרֵנִי שִׂמְחָה Vertisti planctum meum in chorum mihi : solvisti saccum meum : & accinxisti me lætitiâ. *Si enim distingvas in* פִּתַּחְתָּ *ubi posterior* merchá: *nutabit sententia: nec qvidqvam amplius erit, qvod ad seqvens* שַׂקִּי *referri possit.*

CAP.

CAPUT XVIII.

Anomalia generalis accentuum ex pavsis.

SPECIALE *accentuũ officium in orationis connexione & distinctione hunc in modũ á nobis hactenus definitum. restat ut anomalia accentuum qvæ ex pavsâ, pavsam qvoq. sermoni faciat. Duplicis avtem anomaliæ hîc memineris. qvarum prior generalis est, posterior specialis.*

Generalem voco, qvæ in regulas generales cap. 2. traditas impingere videtur. eam pavcis dabo. Palám est, distinctioni sententiæ, vocalium brevium in longas mutationem, adjunctam esse. Sermo enim Ebræus supra qvám credas venustus & delicatus, etiam hâc in parte ceteras anteit lingvas: qvód in ambitu sententiæ & respirationis locis latiore sono magisq. sonoro decorum venustatemq. adfectet: ne qvid vel properé infractum, vel ob soni exilitatem hiulcum avt lacunosum in oratione avres offendat. Hanc punctorum vocalium permutationem sedis accentus mutatio, ut plurimum comitatur. túm veró maximé, si accentus sit periodicus, colicus & non raró cõmaticus. Ab ultimâ enim in pænultimam

transpor-

trāſportari gaudet : qvoties ſchevá *pænultimum in longam vocalē vertit : túm in nominibus, túm in verbis. Ut Jer.* 48. 5. בְּכִי בֶּכִי *pro* 2. *Reg.* 4. 6. כֵּלִי *pro* כְּלִי. 1. *Sam.* 17. 49. כֶּלִי. *Pſ.* 35. 28. צִדְקֶךָ *pro* צִדְקָךָ *& verſ.* 3. אָנִי *pro* אֲנִי. *Eſa.* 43. 2. אָנִי. *Gen.* 27. 34. אָנִי. *Sic in verbis. Eſa.* 22. 3. בָּרְחוּ *pro* בָּרְחוּ. *Jon.* 1. 3. יָכְלוּ *pro* יָכְלוּ. *Jobel* 1. 12. יָבֵשׁוּ *pro* יָבְשׁוּ. *Pſ.* 5. 12. יְרַנֵּנוּ *pro* יְרַנְּנוּ : *ubi* tiphchá *primanus pænultimam attollit : ac ſi eſſet* יְרַנֵּנוּ. *Sic Eſa.* 38 21. יְחִי *pro* יְחִי.

Item in præpoſitionibus cum adfixis. Pſ. 8. 7. בָּךְ *pro* בְּךָ. *Jon.* 2. 9. לָךְ *pro* לְךָ. *Jud.* 13. 15. אוֹתָךְ *pro* אוֹתְךָ. Zach. 14. 5. עִמָּךְ *pro* עִמְּךָ : *in qvibus cum* caméts *ab ultimâ litterâ ad pænultimam tranſlato, accētus uná trajicitur : ſed in* עִמֶּךְ *Exo.* 33. 15. caméts *manet,* ſchevá *in* ſeghól *mutato.*

Anomalia.

Excipe τῆς διακρίσεως ἕνεκα. 1. *Imperativa verborum in* ה : *quæ, ut* ſchevá *pænultimum in longam vocalem non vertunt : ita nec accentum payſantem transferunt. Gen.* 1. 22. רְעוּ *pro* רְעוּ : *ut rectius á verbis qvorum prima eſt* נ *vel* י *diſcernantur. nam his & accentus &* ſcheva *mutatur.*

tatur. ut Esa. 43. 6. חֲנִי *pro* חֲנִי. *Jer. 13. 18.* שֲׁבוּ *pro* שְׁבוּ *&c.*

11. *Futura ob accessum litteræ paragogicæ* ן *fine aucta; hæc enim vocalem mutant: sed accentum in ultimâ servant. Psal. 104. 9.* יַעֲבֹרוּן *pro* יַעֲבֹרוּן. *Ijob 21. 11.* יְרַקֵּדוּן *pro* יְרַקֵּדוּן *&c. quæ lectio & usus docebunt.*

CAPUT XIX.

Anomalia specialis accentuum ex pausis.

VNICUM *superest: ut generali ex pausis anomaliâ expositâ: de speciali quoque dicamus. Ideó autem specialem vocavimus: quia specialibus regulis adversatur: & quasi anomaliæ anomalia est.*

Ea enim est accentus distinctivi, maximé si periodum vel membrum claudat, constantia: ut nec ob vau *conversivum, nec ob alterius alicujus accentus vicinitatem loco moveatur. quín constanter sedem suam tuetur: & nihilo minus, túm copulam cõvertentem, túm etiam in proximâ syllaba, quemvis facilé post se accentum tolerat. ut Ijob 7. 9.* וַיֵּלַךְ *pro* וַיֵּלֵךְ. *2. Sam. 22. 10.* וַיֵּרַד *pro* וירד

וַיֵּרַד. *Proy.* 30. 4. וַיֵּרַד: *ubi ultimæ* ſeghól *in* pathách *lætιorem ſono vocalem vertitur. Sic Gen.* 16. 8. וַיֹּאמַר *&* 18. 29. וַיֹּאמַר *&* 27. 36. וַיֹּאמַר. *&* 8. 10. וְשִׁבְעַת *pro* וְשִׁבְעַת *Geneſ.* 2. 3. אוֹתוֹ כִּי. *Num.* 5. 10. אֶת־קֳדָשָׁיו לוֹ. *Eſa.* 5. 12. יְהוָה לוֹ. *Gen.* 48. 21. אָנֹכִי מֵת *&* 27. 13. לֵאמֹר אַךְ *&* 24. 34. וַיֹּאמַר עֶבֶד *&c.*

FINIS.

ERRATA.

PAG. 5. *verſ.* 3. *lege* לָמָּה *Ibid.* הַדְבַרְנָה monendi 16, 2.

21, 14. *pro* ו *pone* ם 36, 14. *poſt* diſtingues *adde* Excipe ea quæ ה in jod mobile, præcedente vocali longâ, vertunt. *Eſa.* 21, 14. הֵתָיוּ *&* 56. 12. אֵתָיוּ Etſi *&c.* 43. 3. deſinere. 47, 14. adjicimus. 56. 14. *ex fide meliorum codicum dele*, & tebhir. 64, 2. latiorem.